sumas oratiõem. nihilq; aliud (necessariis cur-
tñ exceptis) te delectet nisi oratio: qr nihil tantũ
te delectari debet q̃ morari cũ dño: qđ p oñonem
fit. Ut aũt melioris hortatoris fungar audi mel-
liflua q̃ sup̃ ista materia narrat Bern̄. Dicit enī
sic. ir. ſmo. Can̄. Quibus studium est frequenter
orare: experti sunt qđ dico. Sepe corde tepido t
arido accedimus ad altare: orationi incũbimus
psistentibus aũt repẽte infundit gr̃a. pinguescit
pectus replet viscera inundatio pietatis: t si sit q̃
p̃mat lac ꝓcepte dulcedinis. vbertim vbera fun-
dere nõ tardabũt. ¶ In principio quadragesime
in ſmone ānto q̃ sic incipit. Charitas qua p no-
bis tc̃. Quotiẽs inquit de oratiõe loquor verba
q̃dam humane cogitationis audire mihi videor
in corde meo. Quid enim est q̃ licet nunq̃ ab
oratione cessemus vix vnq̃ experiri videtur ali-
quis nostrũ quis sit orationis sue fructus: Sic̃
ad orationes accedimus: sic t redire videmur: t
nemo rñdet nobis ꝟbum: nemo quicq̃ donat sz
iudiciũ fidei sequere. nõ experimentũ tuũ: qm̃ fi-
des quidẽ verax: sed experimentũ fallax. Que est
igitur veritas fidei: nisi qđ promisit filius dei:

ſgit veritas fidei niſi qđ ꝓmiſit filius dei. Quic-
quid autē oꝛātes petitis. credite quia accipietis
& fiet vobis. Nemo veſtrū fratres quipēdat oꝛa
tionē ſuā. Dico enim vobis quia ipſe ad quē oꝛa
mus non paruipendit cā- ꝓiꝰ ꝙ egreſſa ſit ab
oꝛe noſtro. ipe eā ſcribi iubet i libꝛo ſuo. Et vnū
e duobus indubitanter ſperare poſſum⁹. qm̄ aut
dabit qđ petim⁹ aut qđ nouit nobis vtili⁹. Nos
em̄ q̄d oꝛem⁹ ſicut opoꝛtet neſcim⁹. ſed miſeretur
ille ſup ignoꝛātia noſtra & oīonē benigne ſuſcipi
ens. quod nobis aut oino nō eſt vtile aut nō tā
cito dare neceſſe eſt miníme tribuit. oꝛatio tamen
infructuoſa nō erit ita ſane ſi feceꝛim⁹ qđ mone-
mur in p̄s. ſ. ſi delectemur i eo. Delectare in dño &
dabit tibi petitiōes coꝛdis tui. Sꝫ cōſidera ꝙ pe
titiones coꝛdis diꝛerit quas appꝛobat iudicio
rōnis. Nec habes ꝙ cauſeris. ſꝫ vñ magis toto
affectu in gratiaꝝactione verſeris qñ quidē tan
ta ſup te cura eſt deo tuo. vt quotiēs queris qđ
tibi inutile eſt. non te audiat ſup hoc ſed mutet il
lud meliꝰi dono. ſicut pater carnalis puulo que
renti panē & cultellū nō conſentit. ſed magis ipſi
panē quē ei dederit ipſe frangit. ¶ Poꝛro pe-
titiones coꝛdis in tribus cōſiſtūt nec video q̄d
p̄ter illa que electus quiſq; ſibi debeat poſtulare
Duo quidē hui⁹ tp̄is ſunt. ſcꝫ bona coꝛpis & bo
na aie. tertiū aūt beatitudo vite eterne. Nec mire

ris q̄ bona corporis a deo direrim esse queren̄da. quoniaz eius sunt corporalia oīa sicut spūalia bona. Ab eo em̄ est petēdū ⁊ sperandū. nobis est euenire vt possim⁹ in eius seruitio sustentari. Ue rūtamē p necessitatibus aīe orādum est nobis ⁊ frequētius ⁊ feruentius. i. p obtinēda gratia dei aieq̄ virtutibus. Sic ⁊ p vita eterna tota pictate. totoq̄ nobis orandū est desiderio. vbi nimirū ⁊ corporis ⁊ anime plena ⁊ perfecta est beatitudo. Sit ergo oratio que pro tempalibus est circa solas necessitates restricta. Sed oratio q̄ pro virtutibus anime est. ab oī impuritate libera ⁊ circa solum beneplacitum dei intenta. Sit ea que fit p vita eterna. in omni humilitate presumens de sola miseratione diuina. Item. lxxxvj. sermone super Lan. Non modo locū sed ⁊ tempus obseruare oportet eum qui sibi orare voluerit. Tempus feriatum comodosius aptiusq̄. maxime autē cū profundum nocturn⁹ sopor indicit silentium. tūc plane liberior erit puriorq̄ oratio. Consurge in nocte inquit in principio vigiliaz tuarū. ⁊ effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini dei tui. Quā secure ō nocte ascendit oratio. solo arbitro deo sanctoq̄ angelo qui illam superno altari suscipit presentandam. Quā grata ⁊ lucida. verecunda. colorata rubore q̄ serena ⁊ placida. nullo interim turbata clamore vel strepitu. q̄

deniq; mūda ⁊ sincera nullo respersa puluere ter-
rene sollicitudinis nulla aspicīēte laude seu adu
latione temptata. Propter hoc igitur sponsa nō
mm⁹ verecunde q̄ caute ⁊ lectuli secretum pete
bat. ⁊ noctj orare. hoc est. verbum quercre volēs
Unū est eīm. alioquin nō recte oras si orādo pre-
ter verbum aliquid queras. aut qō ꝓpter verbuz
non queris. quoniaz in ipso sunt omnia. ibi reme
dia vulnerum. ibi subsidia necessitatum. ibi resar
citus defectuū. ibi ꝓfectuū copie. ibi deniq; quic
quid accipere vł habere hoībus expedit. q̄cquid
decet. q̄cquid oportet. sine causa ergo aliud a ver
bo petitur cū ipm sit oīa. nā si ista tpalia cū neces
se est postulare familiari⁹ videmur. si verbum in
causa est vt quidē dignū est. nō vtiq; illa. sz b̄ po-
tius querim⁹ ꝓpter qō alia postulam⁹. Ducusq;
bernar. Audisti igit̄ ẋba pulcerrima altissimi cō-
tēplātis. ⁊ orationū dulcedinē ō gustātis bernar
di. Rumines ea si vis vt saptāt tibi. Ideo aūt li-
bēter ipi⁹ ẋba in hoc opusculo interscro ⁊ addu
co: quia non solum spiritualia sunt ⁊ cor penetrā
tia. sed ⁊ decore plena ⁊ ad dei seruitiū excitātia.
Ipse enim fuit eloquentissimus ⁊ spiritu sapien
tie plenus ⁊ sanctitate preclarus. quem te desi-
dero imitari ⁊ ipsius monita ⁊ verba opere exer-
cere propter quod sepe tibi prepono eundem.
Sed redeamus ad dominum Iesum. Dum igitur

dñs esset orās in mōte discipuli erāt in mari affli
cti ⁊ angustiati vehemēter qz ventus erat eis cō
trarius ⁊ nauis ꝓcellis ⁊ fluctibus iactabatur.
Conspice ergo eos ⁊ compatere eis qz in magna
sunt tribulatiōe ⁊ angustia. Tempestas em̄ inua
sit eos ⁊ tps nocturnuz est ⁊ absqꝫ dño suo sunt.
Quarta aūt vigilia noctis descendit dñs de mō
te. ⁊ ambulans supza mare appzopinquauit eis.
Conspice ergo eū bene hic ꝓ deo ⁊ vide quō fa
tigatus ex vigilia longa ⁊ oratiōe pzolixa. solus
descēdit noctis tpe de mōte laboziosо ⁊ fortepe
troso pedibus nudis ⁊ quō vadit supza mare fir
mo vestigio sic̄ supza terrā. Cognouit ergo crea
tura suuz creatozem. Cum aūt appzopinquauit
naui discipuli timētes clamauerūt. putantes esse
fantasma. At benignus dñs nolens ampliꝰ cos
verari. securauit eos dicēs. Ego sum nolite time
re. Tūc petrus confisus de potētia dñi ad inssuz
eius cepit ⁊ ipse supza mare ambulare. sz postea
titubans cepit mergi. sz dextera dñi eū ne demer
geret erexit. In hoc aūt loco dic̄. glo. sup Mat.
sic. Sup mare ambulare facit eū vt ostēdat diui
nā potentiam. Mergi facit ne infirmitatē obliui
scatur ne putet se equalē deo ⁊ ne supbiat. Intra
uit aūt dñs nauē. cessauit quassatio ⁊ omnia sunt
placata. Discipuli vero eum reuerēter recipiunt.
multumqꝫ gauisi sunt ⁊ in q̄ete magna remanse

runt. Conſpice beneipm ac diſcipulos in oibus ꝑdictis.quia pulcra⁊ deuota ſunt valde. In hoc igitur facto moraliter cōſiderare potes.quia dominus quotidie ſic nobiſcū facit ſpūaliter. patiē⁊ ſuſtinet vt electi affligantur in hoc mūdo in interiori ⁊ exteriori homīe.quia flagellat omnē filium quem recipit. Qui em̄ extra diſciplinam ſunt vt ait apl̄us ad Hebre.non filij ſz adulteri ſunt. Expedit aūt nobis tribulari ⁊ affligi hic. Nam inde erudimur.inde virtutes acquirimus. ⁊ acq̄ ſitas conſeruamus.⁊ ꝙ maius his eſt inde futura ⁊ eterna premia expectamus. Et ideo non debemus in eis frangi vel eſſe impatiētes.ſed ipas affectare ⁊ diligere. Sz quia magna a multis tamē incognita eſt vtilitas tribulationū. ⁊ idcirco talibus difficiles ⁊ importabiles vidētur. Vt tu inſtruaris ⁊ patienter eas ſuſtineas adduco tibi more ſolito verba bernardi.qui ait ſic ſermōe. xvij.ſuper.ps.Qui habitat. Utilis eſt tribulatio que probationem operatur ducit ad gloriā. Cū ipſo ſum.inquit in tribulatione.⁊c. Agamus ergo gratias patri miſericordiarum qui nobiſcuz eſt in tribulatione. ⁊ in oī tribulatiōe noſtra nos conſolatur. Res enim vt diri neceſſaria eſt tribulatio que in gloriam vertitur. que mutuatur in gaudiuz.Gaudium ſane longum quod nemo tollet a nobis.gaudium multum. gaudium plenum

Res neceſſaria eſt iſta neceſſitas que parit coro/
nam. Non contēnamus fratres. ſemen modicuz
eſt/magnus etinde fructus erurgit. Forte inſi/
pidum/forte acerbum eſt/forte granum ſynapis
Non conſideremus que videntur ſed quē non vi
dentur in eo. Que eñ vidētur tempalia ſunt que
non videntur eterna. Et infra. Cum ipo in tribu
latione ſum ait dñs. τ ego non aliud meritum ꝯ
tribulationē requirā. Mihi adherere deo bonuz
Non ſolum autem ſed τ ponere in dño deo ſpem
meam. quia eripiam τ glorificabo eum. cum ipſo
ſum in tribulatione/Delicie inqt mee eē cuz filiis
hominum. Deſcendit vt prope ſit his qui tribu/
lato ſunt corde: vt nobiſcuz ſit in tribulatione no
ſtra. Erit autem quādo rapiemur in nubibus ob
uiam chriſto in aera. τ ſic ſemper cū domino eri
mus. Si tamen curemus eum interim habere no
biſcum. Bonum mihi domine tribulari dummo
do ipſe ſis mecuz ꝯ regnare ſine te/epulari ſine
te/ſine te gloriari. Auruz probat fornax τ viros
iuſtos temptatio tribulatiōis. Quid trepidam⁹
quid cunctamur/quid refugimus hunc caminū
Seuit ignis. ſed dominus nobiſcum eſt in tribu/
latione. Si deus nobiſcum quis contra nos eſt:
Nihilominus quoqz ſi ille eripit. quis eſt qui eri
piat de manu eius: Poſtremo ſi iſte glorificat.
quis humiliabit. Idem. xxv. ſermone. Lañ. Nō

ſolum igitur in ſpe ſꝫ gloriamur in tribulatione. Libenter ait gloriabor i infirmitatibus meis vt inhabitet in me virtus xp̄i. Optanda infirmitas que criſti virtuti compenſatur. Quis dabit mihi non ſolum infirmari ſed deſtitui ac deficere penitus a meipſo vt domini virtutum virtute ſtabiliar. Naꝫ virtus in infirmitate perficitur. Denꝯ ait. Quando infirmor tunc fortior ſum ⁊ potens. Idem. xliij. Propterea ſponſa non faſcem ſed faſciculum dilectum dicit. ꝙ leue pre amore in ip̄is ducat quicquid laboris imminēat ⁊ doloris. Bene faſciculus quia paruulus natus ē nobis. Bene faſciculus. quia non ſunt condigne paſſiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Id em̄ inquit. quod in preſenti eſt momentaneum ⁊ leue tribulationis noſtre ſupra modum in ſublimitate eternum pōdus glorie operabitur in nobis. Erit igitur quā doꝯ nobis ingens cumulus glorie qui modo ē faſciculus mirre. An non faſciculus cuius iugū ſuaue eſt. ⁊ onus leue. non quia leue in ſe nec em̄ leuis paſſiōis aſperitas mortis amaritudo. ſꝫ leuis tm̄ amāti. Idē ſer. vij. ſup. pſalmū. Qui habitat. ſuper iſtum verſum. A ſagitta. Si magnū illud eccl̄ie corpus cōſiderare libet facile ſatis aduertimus longe acrius inpugnari ſpirituales vi

ros ipius ecclesie q̄ carnales. Agit hoc sane su
pba sempq̄ inuidiosa malicia. pfectiores quos
q̄ vehementius pulsans iurta illud. Esca eius
electa. Agit inq̄ t nō sine certa diuini dispensati
one consilij. q̄ quidē impfectiores non sup illud
qđ possunt ferre tēptari pmittit. faciēs cum rem
ptatione puētum. t pfectioribus nō modo glori
osiores sz numerosiores parat er hoste triūphos
t longe ampliori sollicitudine t calliditate multi
plici pars aduersa vulnerare in nobis derteram
satagit q̄ sinistrā. nec tā corpis pfecto q̄ cordis
laborat auferre subam. Et infra. Illic aūt studio
sius repugnandum vbi grauior vrget necessitas
vbi totū belli iminet pondus vbi colluctatiōis
ratio vniuersa ɔsistit. Unde nobis tota paratur
aut victis ignominiosa captiuitas. Inde vincē
tibus gloria triūphalis. Hec deniq̄ gratia t mi
sericordia dei in suos eius. t respect⁹ in electos
illius: vt in eoz interim sinistrā quidē velut dissi
mulans dertere semp studiosus ptector assistat.
Hinc est q̄ de ipso ppheta testat. Prouidebam
dñm in ɔspectu meo semp. qm̄ a dertris est mihi
ne cōmouear. Utinā mihi semp a dertris sis Je
su bone vt semp teneas manū derterā meā. Scio
enim t certus sum q̄ nulla nocebit aduersitas si
nulla dominet iniquitas Tondeat interim t ton
datur sinistrū latus pulsetur iniurijs. vellicetur

opprobrijs libens illud exponо dum a te custo-
diоr. dum sis ipe ptectio mea sup manū dexteraz
meā. Idez in ꝑmone. lxxxv. Cantj. Aliud est ani
mo ꝟtute agi. aliud sapiētia regi. aliud dominari
in ꝟtute. aliud in suauitate delíciari. Licet nāq;
sapīa potens ꝫ ꝟtus suauis existat. vt tñ ꝓpri-
as quibuscunq; reddamus vocabulis significā
tias. vigor ꝟtutem. sapientiā placiditas animi.
cū spūali quadam suauitate demōstrat. Hāc pu-
to ab apostolo designatā. vbi post multa hortа-
menta ad ꝟtutem ptinētia. adiecit q̄ sapientia est
in suauitate in spūsancto. Igit̄ resistere vim vi re
pellere q̄ vticq; in partibus ꝟtutis deputant̄ ho-
nor quidem sz labor. Nō est eñ idem ipm hono-
rem tuuz laboriose defendere ꝫ quiete possidere.
Non idem ꝟtute agi ꝫ ꝟtute frui. Quicq̄d ꝟtus
elaborat. sapiētia fruit̄. ꝫ qō sapientia ordinat ꝫ
delíberat. moderatur ꝟtus ꝫ erequit̄. Sapientiā
scribe in ocio ait sapiens Ergo sapientie ocia ne
gocia sunt. ꝫ quo ocioſior sapia eo exercitior in
genere suo. E regione ꝟtus exercitata clarior est
eoq; ꝓbatior quo officioſior. Et si quis sapiētiā
ꝟtutis amorē diffinierit. nō mihi a veris deulare
videt̄. Vbi aūt amor est. labor nō est sz sapor. Et
forte sapiētia a sapore denoīatur. quasi ꝟtuti ac-
cidens quoddā velut ꝯdimentū sapidam reddat
que ꝑ se insulsa ꝫ aspersa quodāmodo sentiebat̄.

Nec dixerim reprehendēdū si quis sapiam sapo
rem boni diffiniat. Itaqz ad ꝟtutē spectat tribu
lationes fortiter sustinere. ad sapientiā gaudere in
tribulationib⁹. Confortare cor tuū ⁊ sustinere do
minū. ꝟtutis q̄dem est gustare ⁊ videre qm̄ sua
uis est dñs. sapie est. Et vt magis er ꝓprio bo
no nature bonū vtrūqz claresçat modestia animi
ꝓbat sapiam. ostātia virū ꝟtutis ostendit. Et bñ
post ꝟtutē sapia cū ꝟtus sit quoddā stabile fun
damentū sup qđ sapia edificet sibi domū. Idem
in ꝟmone de passiōe dñi. Felix qui passiones cor
poris sui ꝓpter iusticiā ordinat vt q̄cquid patiē
ꝓpter dei filium patiat. quatenus ⁊ a corde tol
lat murmuratio: ⁊ ore ꝟsec gratiarū actio. ⁊ vox
laudis: qui sic extulerit se iste tollit grabatū suuz
⁊ vadit in domū suā. Grabatū nostrū corpus est
in quo prius languidi iacebamus fluentes desi
derijs ⁊ concupiscētijs nostris nos portamus il
lud cū spiritui cogimur obedire. Idem in ꝟmone
de penthecosten tertio: qui incipit. Quā libenter.
Vere multipler spūs qui taz multipliciter filijs
hominū inspirat: vt nō sit qui se abscōdat a calo
re eius. Siq̄dem concedit eis ad vsum. ad miracu
lum. ad salutē. ad auxiliū. ad solatiū. ⁊ ad feruo
rem. Ad vsum q̄dem vite bonis ⁊ malis. dignis
pariter ⁊ indignis oīa bona abūdantissime tri
buens. ita vt videat hic discretiōis limitē nō te

nere. Ingratus est qui in his quoq; bñficia spiritus nō agnoscit. Ad miraculum in signis ⁊ prodigijs. in varijs ꝟtutibus quas p quorumlibet manus opatur. Ipse est antiqua miracula suscitās vt ex pñtibus fidem astruat preteritoꝝ Sed qr nōnullis hāc quoq; gratiā sine ppria vtilitate largit. Tertio infundit ad salutē cū in toto cor de nro reuertimur ad dñm deū nostrū. Porro ad auriliū dat cū in oñi colluctatiōe adiuuat infirmitatē nostrā. Nā cū testimoniū phibet spūi nro q filij dei sumus. ea inspiratio est ad ꝓsolatiōem Dat etiā ad feruorē cū in cordibus pfectoꝝ vehemētius spirās validum ignē charitatis accendit. vt nō solum in spe glorie filioꝝ dei. sz etiam in tribulationibus gloriemur ꝓtumeliā gloriam reputātes. opprobriū gaudiū. despectiōez exaltatiōem. Oñibus nobis nj fallor datus est spirit⁹ ad salutē. ad feruorē nō ita. Pauci em̄ sunt qui hoc spū repleātur. pauci qui studeāt emulari. cōtēti sumus angustijs. nec respirare in libertatē illam. nec saltez ad illā spirare conamur. Hucusq; Bern̄. Vides igit q̄ pulcerrimis ⁊ pluribus rationibus nob oñdit facūdissimus Bern̄. q̄ tribulationes nobis expediunt. Non igr̄ mireris si dñs pmittebat discipulos suos quos ita diligebat verari procellis. vtilitatem ipsoꝝ exinde cognoscens. Pluries em̄ legitur eorū nauiculam

fluctibus ⁊ ꝓtrarijs ventis eragitatas. ſz nunq̄ ſubmerſam. Dis ergo monitis cor tuū ſtabilire ac ordinare procures: vt in ꝓtingentibus aduerſis. ⁊ in quibuſcunq; diſplicētijs ⁊ patiēter ⁊ letāter te habeas ⁊ in via ſpūs te ita exerceas: vt eius repleta feruore etiam appetas p amore dñi Jeſu tribulari: qui in ſe ⁊ ſuis hanc viā excelſas tenuit ⁊ monſtrauit.

¶ De chananea. ¶ Item quō angeli nri nob fideliter fuīnt. Cap. xxxviij.

Cum dñs ieſus labo/rās circuiret p̄dicando ⁊ infirmos curando acceſſit ad eus mulier chananea. i. de terra chanaan que erat gentilium ⁊ non iudeo ⁊ rogās eū vt liberaret filiā ſuā q̄ a demonio verabat. Erat eñ fidēs in eo q̄ hoc facere poſſet. Et dño non rñdēte/nihilominus inſtabat ⁊ pſeuerabat clamans ⁊ petēs ab eo miſericordiā intiñ vt diſcipuli p ea roqarēt. Cunq; dñs rñderet/nō debere dare panē filior canibus ipſa ſe humilians reſpondit/vt ſaltē more canis d micis poſſet hre. ⁊ ſic meruit exaudiri. Conſpice ergo dñm ⁊ diſcipulos ⁊ ipam in p̄dictis. iuxta conſideratiōem generalem quā dedi tibi ſupra. Nihilominus etiaz

ꝓsidera ꝟtutes ḫuius mulieris: ⁊ eas ad totā tu-
am vtilitatē ꝓuerte-q̄ marime tres fuerūt. Pri-
ma fuit fides magna-vt etiā vsq; ad filiā se ertē-
deret: ⁊ de ipsa fuit cōmendata ḫic a dño. Secun
da fuit orationis pseuerātia. Et nō solum pseue-
rans fuit-sz etiā importuna: quā importunitatez
etiā dñs acceptat-⁊ eā inuitat. vt in priori tracta
tu certa ḫabuisti. Tertia fuit ḫumilitas ꝑfunda.
nam nec negauit se canē-nec dignā putauit se in-
ter filios reputari. vel ḫabere panē integrū. sz cō
tenta fuit de micis accipere. Unde valde se ḫūil
auit-⁊ iō qđ postulauit obtinuit. Sic ⁊ tu si cor-
de integro fideli ⁊ puro in oratione pseuerās co-
ram deo tuo te ḫumiliaueris indignā te reputās
oīmi bono suo. certissime credas ꝙ quicqđ petie-
ris obtinebis. Et sicut apostoli rogauerunt pro
chananea-sic ⁊ angelus tuus ꝑ te rogabit ⁊ of-
feret orationē tuā dño. Super quo audi Bern̄.
ꝟmone. lxx]. Cant]. dicentē. Suspiranti aīe mee
frequēter imo sine intermissione orāti ⁊ afflictan
ti se ꝑ desiderio. cum interdum desideratus ille q̄
ita q̄ritur miseratus occurrit. puto illi de ꝓpria
experientia ꝓuenire vt dicat cū ḫieremia. Bonus
es dñe sperātibus in te aīe querēti te. Sed ⁊ an-
gelus qui vnus est de sodalibus sponsi-in hoc
ipm̄ deputatus minister profecto ⁊ arbiter secre
te mutueq; saluatiōis. Is inq; quō angelus tri

pudiat/quō colletatur ⁊ ꝺdelectaꝫ ⁊ ꝺuersus ad
dñm dicit:Gratias ago tibi dñe maiestatis quia
desideriū cordis eius tribuisti ei/⁊ voluntate la/
bioꝝ eius nō fraudasti eū ipse qui in oñi loco se
dulus quidē pediſſequ⁹ aie nō cessat solicitare ⁊
assiduis suggestionibus mouere dicēs. Delecta
re in dño ⁊ dabit tibi petitōes cordis tui. Et rur
sum. Expecta dñm ⁊ custodi viam eius. Item si
morā fecerit expecta eū/qꝛ veniens veniet ⁊ non
tardabit. Ad dñm aūt. Sicut ceruus inquit desi/
derat ad fontes aquarum/ita desiderat ista ad te
deus. Desiderauit te in nocte/sed ⁊ spūs eius in
p̄cordijs eius de mane vigilauit ad te. Et ite/
rum. Tota die exp̄ādit ad te manus suas. Dimit
te illam/qꝛ clamat post te. Conuertere aliquantu
lum ⁊ dep̄cabilis esto. Respice ꝺ celo ⁊ vide ⁊ vi
sita desolatā. Fidelis paranymphus qui mutui
amoris ꝓscius ſꝫ nō inuidus/non suam q̄rit sed
dñi gloriā. discurrit medius inter dilectum ⁊ dile
ctam. vota offerēs/dona referēs. excitat istā. pla/
cat illum. Interdū quoqꝫ licet raro repñtat eos
parit sibi/siue illum adducēs. Siquidē domesti/
cus ē ⁊ notus in palacio. nec ꝟetur repulsam/⁊
quotidie videt facie patris. Ducusqꝫ Bern. Vi
des q̄ fidelr angeli nostri ſuiunt nobis. Quo
aūt occurrit ꝺ ipſis aliqua loquēdi materia Sci
rete volo q̄ magnā erga eos reuerētiam ꝑ̄ꝺe

bemus.ꝛ eos quotidie laudare.ꝓnozare.ac eis gratiarūactiões referre tenemur.ꝛ in eoꝝ ꝓsen tia qui semꝑ nobiscū assunt nihil illicitum. nihil turpe cogitare/dicere vel opari debem⁹. De quo etiā a btō Bernō.monemur qui sic dicit sup psal. Qui habitat.in.xij.fmo. Angelis suis mādauit de te vt custodiāt te in oīnibus vijs tuis. Quā tam tibi debet hoc ꝟbū inferre reuerentiā.afferre deuotiōem.ꝓferre fiduciā. Reuerētiam ꝑ pīntia. deuotiōem ꝑ beniuolentia.fiduciaz ꝑ custodia. Caute ambula vbi assunt angeli sic eis mādatū est/in oīnibus vijs tuis. In quouis diuersorio in quouis angulo.āgelo tuo reuerētiā habe. nec tu audeas illo ꝓsente qđ videte me nō auderes ꝛ paulopost. Assunt igr tibi nō tm̄ mō tecuz sed etiā ꝑ te.assunt vt ꝓtegāt.assunt vt ꝓsint. Quid retribues dño ꝑ oīnib⁹ q̄ retribuit tibi. Sic̄dem ei soli honoꝛ ꝛ gl̄ia.Quare ei soli:q̄ ipe mandauit. Et oīne datū optimū/nō nisi ab illo est. Verūtamē si ille mādauit:ipis quoq; q̄ ꝛ ei er tanta charitate obediūt:ꝛ nobis subueniūt in tāta necessitate ingratos esse nō licet. Simus ergo deuoti.sim⁹ grati tāt] custodib⁹.ꝛ reuereamur eos. ꝛ honoꝛem⁹ eos ꝓptū debem⁹. Hucusq; Bern̄. Habes ergo in p̄dict] cōmēdatū angeloꝝ obsequium ꝛ adiutoꝛiū ꝛ oīonis ꝟtutē. Hāc tenere studeas ꝛ illis oēz quā potes reuerētiā exhibe.

¶ Qualiter aliqui ex ẏbis dñi scãdalizati fuerũt. ¶ Capitulũ. xxxix.

NOn mireris si aliqñ ex verbis ꝛ factis nostris scandala oriũtur quãtũcũqꝫ fideliter ꝛ bene fiant. cũ ipi dño qui errare non poterat pluries contigerit. Dum eiñ quadam vice phariſei dñm interrogarẽt quare discipuli non lauabãt manus qñ manducabãt Dñs dure respondit eis. increpãs ꝙ exteriorem mũdiciam nõ interiorẽ querebãt. de quo illi scandalizati sunt. ſz dñs non curauit. Alia vice cum spũalia ẏba docęret in synagoga. aliq̃ ex discipulis eiꝰ tãq̃ carnales nõ itelligẽtes recesserũt. ſz ad xij. discipulos ait. Nũquid ꝛ vos vultꝫ abire? Et petrus pro se ꝛ alijs rñdit Dñe ad quez ibimus? verba vite eterne habes. Considera ergo cuz in p̃dictꝫ ꝛ aliis sikibus quõ cũ ptãte loq̃bat ꝛ docebat ẏtatẽ nõ curãs de scandalo prauorũ ꝛ insipientium. ¶ Notandum igitur primo ꝙ ꝓpter alterius scandalum non debemus recedere a virtute iusticie. Secõ ꝙ de interiori mũdicia magꝭ ꝙ de exteriori honestate curare debemus. qõ etiam alibi expreſſiꝰ dñs dicit. s. Luc. xj. Tertio ꝙ spũaliter viuere dẽmꝰ. ita ꝙ ẏba dñi nõ videant nobis extranea sicut illis discipulis. qui quãdo

xp̃s dixit in Joh.vj. Nisi mãducaueritis carnẽ filij hois ꝛc.nõ poterãt sustinere/sz receserũt. sz potius ꝯgnoscamus ipsa esse ῥba vite eterne vt vna cum duodecim ipm imitemur perfecte.

¶ De retributione relinquentiũ omnia. Capitulum.xl.

Cum fidelis ꝛ prudens discipulus symon petrus q̃reret a dño Jesu p se ꝛ socijs de retributiõe ipoꝝ. Rñdit dñs inter alia quia omẽs qui tẽpoꝛalia dimittẽtes ipm seq̃rent/cẽtuplum accipient in hoc mũdo/ꝛ vitã eternã in futuro. Nota bene hãc retributiõem/ꝛ gaude gaudio magno/ꝛ gratias ꝛ laudes dño referas toto affectu. ꝙ ad talem negociationem te adduxit: vt manualiter de vno centũ lucreris/ꝛ nihilominus etiã vitã eternã. Hoc aũt centuplum spũaliũ non coꝛporaliũ rerũ est/videlicet ꝯsolationũ interna rũ ꝛ ῥtutũ quas p experiẽtias cognoscimus. nõ p doctrinã. Cum eñ aia gustat odoꝛẽ pauptatis castitatis nitoꝛẽ/ꝛ patiẽtie ceterarũq; ῥtutum ꝛ delectat in eis. nonne centuplum recepisse videt tibi. Et si vlterius ascendat vt visitatiõem sponsi recipiat eius pñtiam gloꝛiet. nõne tũc recipit

plus q̄ mllecuplum oim q̄cūq̄z fuerint.ꝛ quō-
cunq̄z fuerint q̄ p eo dimiserat. Vides quō verū
est qđ loquit veritas.nō fallit q̄n centupluz red-
dat in hoc seculo.etiā nō tm̄ semel sz pluries.ꝛ se
pe aīe sibi deuote adeo vt sic afficiat cā vt nō so-
lum q̄ reliq̄t sz totū mundum arbitret stercora vt
sponsum snū lucrifaccre possit. Vt autē sup hoc
cētuplo plenius instruar] audi quid inde dicat
Bern̄. sup hoc euāgelio.c.lvij. Si forte adhuc
secular] quispiā dicat.Vnde mihi centuplū qđ p
mittis ꝛ libēs vniuersa relinquo. Vt q̄d oñdaz:
Fides em̄ nō hz meritū cui hūana rō prebet ex-
perimētum.An homini oñdēti potius q̄ ꝟitatē
crederes pmittēti: Deficis scrutās scrutinio. Ni
si credideris nō intelliges. Māna absconditum
est qđ in Apoc].iohis.victori pmittit nomē no-
uū qđ nemo nouit nisi qui accipit. An nō denicq̄z
oñia possidet cui oñia cooperātur in bonū: An
nō centuplum habet oim qui implet spūsancto,
qui xp̄m habet in pectore nisi q̄ longe plus q̄
centuplum est visitatio paclyti spūs ꝛ pnītia xp̄i:
Quāmagna multitudo dulcedinis tue dñe quā
abscōdisti timētibus te.pficiēs eis q̄ sperāt in te
Vides quō memoriā abundātie suauitat] hui?
eructuet aīa sancta.exprimere gestiēs ꝟba multi
plicet.Quā inq̄ magna multitudo.hoc est.cētu-
plum,adoptio filioꝝ ꝛ libertas vt spūs primi-

cie.delicie charitat'.gl'a p̄fcīe.regnū dei q̄ intra nos est. Nō vtiq; esca vel pot'.sz iustitia ⁊ pax ⁊ gaudiū in spū sancto.gaudiū sane nō modo in sp̄e glorie sz in tribulatōibus. Hic est ignis quē voluit xp̄s vehemēter accēdi. Hec xtus q̄ andree am fecit amplecti crucē.laurētiū deridere carnifices.stephanū i morte p̄ lapidātibus flectere genua ad oratōez. Hec illa pax quā suis reliqt xp̄s q̄n dedit ⁊ suā.siq̄dē donū ⁊ pax ē electi dei. pax vtiq; p̄fis.⁊ donū future glie. Illa supat omnez sensuz.sz ⁊ huic q̄ q̄d sub sole placet q̄cq̄d i mūdo p̄cupiscit nō p̄t cōparī. Hec gr̄a deuotiōis ⁊ vnctio docēs de oīb' quā crpt' nouit. incrptus ignorat.quā nēo scit nisi q̄ accipit. Hucusq; bernar. Gaude g̃ ⁊ letare vt dixi ⁊ gr̄as age q̄ ad h̄ cētuplū recipiēdū vocata es.⁊ hāc padisuz sepe ingredere quā cr oīonis studio p̄sequi poteris.

¶ Qualiter dñs quesiuit a discipulis quid diceretur de eo. Caplm.xlj.

Eniēs dñs Ihs i ptes v cesaree Philippi.q̄siuit a discipulis q̄d diceret de ipo.⁊ etiā q̄d ide ipi sentirent. ⁊ de alīs. Quidā rñderūt ⁊ dicebāt. Alii tē. De se aūt dixit petrus p se ⁊ alīs. Tu es xp̄s filius dei viui. Et dñs ad eū. Tu es petr' ⁊ sup hanc tē. Et tūc dedit ei p se ⁊ successoribus suis cla-

nes ligādi atq; soluēdi sup terrā. Conspice igit eū ⁊ etiā ipsos iurta generalē formā supius tibi traditā. ¶ Et nota q; etiā hic habes q; petrum quē ita magnificauerat-parūpost vocauit satbanā:eo q; ppter amorē carnalē quē ipe petr⁹ habebat ad ipm. dissuasit ei de passione sua vt nō faceret. Sic ⁊ tu dñi exēplo habeas oēs p aduersarios qui p corporali alleuiatiōe ab exercitio ⁊ bono spūali te retrahere vellent.

¶ De transfiguratione domini in monte. Capitulum.xlij.

Sumēs dns Ihesus tres ex discipulis-ascendit in montem thabor:⁊ transfiguratus ē ante eos-ostēdens se eis gloriosum. Venerūt insup Moyses ⁊ helyas loquētes cū eo de passiōe sua futura. Dicebant aūt. Dñe non expedit vt moriaris. qr vna gutta sanguinis tui redimeret mundū. Dns aūt Ihus dicebat. Bonus pastor aiam suā ponit p ouib⁹ sic ⁊ facere me oportet. Affuit ibi spūs sctūs in specie nubis lucide-⁊ vox patris facta est in nube dicēs. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bñ cōplacui:ipm audite. Discipuli vo cecidērunt in terrā. ⁊ cū excitati sunt nō viderūt nisi do

minū Jesum. Conspice igr bene pdicta t te pre-
sentē erhibeas: quia magnifica sunt.

De electione cmentiū t vendētiū de tēplo. Capitulum. xliij.

Duabus vicibus eicit dñs Jesus emētes t vēdentes de tēplo, qō inter eius magna miracula deputat. Nā licet alias eū vilipēderēt, tūc tm omēs ante cuz fugierūt. Et qm̄uis essent multi nō se defenderūt. sz ipe solus cū quibusdā funiculis omēs eicit. Et hoc ideo qz terribilē se eis ondit in facie. Accensus est em̄ zelo vehemēti (eo q pr̄ suus si- inhonorabat ab illis, marie in loco vbi magi honorari debebat) fecit ipsas eiectiōes. Conspice bene ipm t cōpatere: qz ipe cōpassiōis dolore plenus est. Ac nihilominus time. Nos cm̄ q in tēplo dei sumus de speciali t magna ipius gratia deputati, si secularibus negociis (vt illi faciebāt) nos implicemus cū ad laudē eius so debeam? intēdere. merito eiecti3em ab eo t indignatiōem ipius timere possum? t timem?. Si ergo nō vis hoc timore verari nulla rōne vel cū secularibus curis vel negociationibus te audeas implicare. Opa quoq; curiosa ne feceris q tps laudibus dei debitū occupāt. t pōpis secularibus corrūdent.

¶ De ꝓbatica piſcina. ¶ Ite ne ſis fratris iudex temerari⁹. Cap. xliiij.

Erat in hierlem q̄dā ꝯgregatio aquarū
e in q̄ lauabātur oues ꝺ q̄bus flebāt ſa-
crificia. In ea ꝺr fuiſſe lignū cruc⁊ Quo
libet autem anno cum ſemel cōmouebatur ab an
gelo. ſanabaꝯ aliq̄s infirm⁹. ſ. q̄ deſcēdebat in a-
quā poſt eius ab angelo motiōez. Vñ multi ꝓ-
pterea infirmi iuꝛ eā ꝺtinuc morabanꝯ. Erat aūt
ibi q̄dā infirmus iacēs in grabato paralitic⁹. ꝑ
xxxviij. ānos. Dic igr̄ ihesus q̄dā ꝺie ſabbati ſa-
nauit. Conſpice eū ꝑāliter euntē ad infirmuz ⁊
loquētem more ſolito. In hoc igiꝯ facto tria no-
ta. Primā qꝛ ſic̄ hic dñs req̄ſiuit infirmū ſi vel-
let ſanariuta nob̄ ſine noſtro ꝓſenſu ſalutē nō ꝺa
bit. ⁊ inexcuſabiles ſunt peccatores nō ꝓſentien
tes voluntati dñi ⁊ ſue ſaluti. Quia ꝑm Aug⁹. qui
creauit te ſine te: nō iuſtificabit te ſine te. Scōm
cauere ꝺēmus ne relabamur a dño. qꝛ ſi ſanati a
dño recidiuamus. digne nr̄a ingratitudo acrius
punietꝰ. ſic̄ huic dixit dñs. Vade noli ampli⁹ pec
care ne deterius aliq̄d tibi ꝓtingat. Tertio qꝛ ma
ligni ꝺe oīb⁹ ꝓdūt ſic̄ boni ꝺ oīb⁹ lucran
tur. Nā eū hic liberat⁹ portaret grabatū ⁊ dicere
tur ei a iudeis q̄ ꝺ nō licebat in die ſabbati ipſe
rñdit. Qui me ſaluū fec̄ ille mihi dixit tolle gra-

batū tuū. Nō dicebāt/qs ē ille q̄ te saluū fec̄. Et sic accipiebāt qđ possent repḥendere/nō q̄ poterāt laudare. Sic ꝛ carnales hoīes sepe ī malā iudicāt ptē.q̄ videt ꝛ q̄si de oīb⁹ pdūt. Spūal'r āt viuētes oīa referūt ad laudem dei/siue sit prosperitas/siue sit aduersitas.ꝛ non dubitāt quin recte omnia fiant. deo cuncta vel recte operante vel iuste permittente ꝛ omnia in bonam partem interp̄tant̄.iuꝝ doctrinā bti bernī.q̄ sic ait.rl.ḟmo. Cañ. Caue alienę p̄uersatōis ee aut curiosus explorator/aut temerari⁹ iudex etiā si ꝑpera actuꝫ q̄d depḥēdas.nec sic iudices primū.magꝭ autez excusa intētiōem si opa nō potes.puta ignorātiam.puta subreptiōez.puta casuꝫ. Quā si omnez dissimulatiōez rei certitudo recusat.suade nihilo min⁹ ipe tibi ꝛ dicito apđ temetipm. vehemēs fuit nimis tēptatio. Quid đ me illa feciset si in me accepisset fil'r ptātē. Hucusq; Bef. Q; añt đ oībus lucrāt̄ spūales.etiā đ suis ꝛ alienis pctīs ꝛ đ reb⁹ nociuis.ꝛ etiā đ diaboli opibus.sic docet btūs bernī.ſ.v. Cañ. Irrōnalis ꝛ brutal' spūs ꝛ si ad spūalia nō ptingat/ad ea tñ capescēda pro suo corpali tpaliq; obsequio nosce it̄ iuuare illos q̄ oēm vsuꝫ rerū tpaliū ad fructū trāsfert etnū. vtētes ḃ mđo tāq̄ nō vtētes.ꝛ si q̄ afantía q̄tuꝫ ad vsuꝫ sui rapiant̄ incōmoda.ꝛ si nociua.ꝛ si etiaꝫ pnicioſa tpali hoīm cōstat ee saluti.non tñ deest

eoꝝ cooꝝpibus vñ coopentur i bonū his qui ꝑm
ꝓpoſitū vocati ſunt ſancti. ⁊ ſi nō cedendo in ci
bum. aut exhibendo miſteriuꝫ. certe ingenū exer
cendo iurta eū q̄ vtiq; oivtēti rōne p̄ſto eſt. cōmu
nis diſcipline ꝑfectū p̄ebens. quo inuiſibilia di
p ea que facta ſunt ītellecta cōſpiciūtur. Nam ⁊
diabolus eiuſq; ſatellites cuꝫ ſit eoꝝ ſemp mali
gna intentio nocere quidē ſemp cupiūt. Sꝫ ſi bo
ni emulatoꝝes fueritis abſit vt obſint. magis au
tem ꝓſunt. ⁊ nolētes coopantur in bonū bonis.
Eſt em̄ qui bonuꝫ opatur nō volēs ſiue hō mal⁹
ſiue angelus malus. ⁊ cōſtat non fieri ꝓpter cuꝫ
qđ fit per eū. cū ꝑdeſſe nullū bonū poſſit inuito.
Igitur ei quidē diſpenſatio tm̄ credita eſt. ſed ne
ſcio quo modo gratius iocundiuſq; ſentim⁹ bo⁹
num qđ per malum diſpenſatoꝝeꝫ mīſtraꝫ. Ipſa
eſt ergo cauſa cur ⁊ per malos deus faciat bona
bonis. nō aūt vt opa coꝝ indigeat in benefacien⁹
do. Item. liiij. Cañ. ſer. Quid ſuꝑbis terra ⁊ ci⁹
nis. ⁊ de angelis tranſluit dñs erecrās coꝝ ſuꝑ
biam. Ergo repudiatio angeloꝝū fiat emendatio
ꝑoim⁹ſcriptū eſt em̄ ad coꝝ correptionē. Coope
tur mihi in bonū etiā diaboli malum. ⁊ lauez ma
nus meas in ſanguine pctōꝝis. Qualiter inquit
audi. Superbo certe diabulo boꝝrēda ⁊ foꝝmidu
loſa maledictio intoꝝquetur. Si ſic eſt actū cum
eo q̄d de me fiet terra ⁊ cinere. Ille in celo tumuit

ego in sterquilinio. Quis non tollerabiliorē in di uite superbiam ꝙ in paupe dicat: Ve mihi si tā du re impotēte illo aīa aduersum est. quid de me erī guo ⁊ misero ⁊ superbo. Iberū ser. xiij. Lañ. lo quens de sponsa eccl̄ia. Que post multa pctā ve nit ad dñm. nā de gentibus collctā q̄ idola cole bat. quid eidē ꝺ synagoga improperabaꝯ. Sic ei in suā vtilitatez eā torquet dicēs. Ipa est cui pl⁹ dimissum est ⁊ q̄ plus diligit. qꝺ emula improp rat ei ad cōuiciū. hoc sibi ipa inflectit ad commo dum. Inde mansuetior ad correptionē. inde pati entior ad laborē. inde ardentior ad amorem. inde sagatior ad cautelam. inde humilior p cōsciētia. inde acceptior p verecundia. inde ad obediendū paratior. inde ad gratiarūactionē deuotior ac so licitior. Ducusq; bernard⁹. Vide quō spūaliter viuētes oīa interptant in bonā partē ⁊ de oīi bus lucrū faciūt. Sis ergo spūalis ⁊ oīa tibi ce dent in bonū. Et valet hui⁹mōi ꝓsideratio etiam ad tolerātiaz tribulationū ⁊ tēptationū ⁊ animi quietem. Nam p hui⁹mōi ꝓtinuū exercitiū ad tā tā trāq̄llitatē animi q̄s possz puenire ꝙ vir ⁊ ra ro de aliqua re turbaretur. vel haberet locū in eo qꝺ ait sapiens. Non contristabit iustū quicquid ei acciderit.

¶Quomodo discipuli xpi vellebāt

ſpicas. ¶ Jtē de pauptate. Cap. xlv.

DIſcipuli domini Je/ ſu quadā die ſabbati eſurientes cū nec haberent vñ procurarent quod comederēt. ibāt p agros in quibus erāt ſegetes. ⁊ vellebant ſpicas. fricabant manibus ⁊ comedebāt. Reprehendebant aūt a phariſeis dicētibus hoc non licere die ſabbati. Dñs defendebat eos ⁊ multa talia faciebat dñs in die ſabbati vt diri ſupra de habēti manuz aridā ſanato. Tu aūt diſcipulos intuere ⁊ cōpatere eis in tāta neceſſitate ꝯſtitutis. q̄uis ipi gaudētes hoc facerēt ob pauptatis amorē. quā ante oēs ⁊tutes ⁊ beatitudines ꝯmēdauerāt eis eoz mag̃r ⁊ dñs. Quid tñ eſt cogitare p̄ncipes mūdi pñte oim conditore ad tā tenuē pauptatem reductos. vt tali pabulo more aīaliū oporteat ſuſtentari Aſpiciebat eos dñs ⁊ compatiebat eis. qr teneritime diligebat eos. ſz nihilomin⁹ gaudebat. ⁊ tā ppter eos quos in h̄ multuz mereri ſciebat. q̄ ppter nos q̄bus relinq̄bat exēplū. Jn h̄ ei exemplo ad mltas ⁊tutes pficere poſſum⁹. Nā h̄ mirabiliter pauptas relucet. pōpa mūi ꝺtēnēda oīa dic̄ ſumptuoſitas ⁊ ſaporoſa ciboz p̄paratio deſtruic̄. ⁊ quie voracitas cū turpi ſua vnctuoſitate ⁊ inſatiabili appetitu totaliter eneruatur. Tu er-

go hoc aniaduerte ⁊ tāto exēplo totꝰ viscerib⁹ eā
amplectere. q̄ sic emicuit i dño ⁊ dña mre sua. ⁊ p̄
fatꝰm̄ oi principib⁹. ⁊ oīb⁹ q̄ cor exēplū pfectē imi
tari voluerūt. Sz attēde de q̄ pauptate intellige
re debes. Scio ei q̄ in monasterio ꝯstituta paup
tatē pfessa es ⁊ nihil hr̄e potes. ꝺ quo gr̄as age
ꝺo tuo. ⁊ ip̄am inuiolabiliter serua. Sz vlteri⁹ te
ascēdere volo. qꝺ tñ a pfessione nō discrepet. q̄n
imo pfessio ipa sine ꝺ intellecta ℣balis essetꝫ va
cua. Dico igit̄ ꝺ illa pauptate q̄ radicat̄ in corde
℣tutes ei in aia collocāde sunt nō in exteriorib⁹
Optīe ergo pfessionē pauptat⁹ imitaris si corde
psentias. Nā si rer̄ penuriā exteri⁹ pater⁹. qr fo
rte nō abūdas. vt sensualitas vellet. interius autē
cupiditatem habeas. ⁊ pl⁹q̄ necesse sit delibera
to aīo appetas nō viuis in pauptate. sz in egesta
te. qr nō est ber pauptas ℣tuosa ⁊ meritoria. sed
egestas laboriosa ⁊ demeritoria. Sufficit eñ ad
pdendū meritū ⁊ ad oīe petm̄ ppetrādū ꝺcupi⁹
scētia cū ꝺsensu. ⁊ cū tali pauptate nō credas te
posse assurgere ad orōnē vl̄ ꝺtemplationē vl̄ cen
tupli ꝺsequi retributionē. Qñ eñ cor terrenarum
cupiditatū pōdere aggrauatū surs⁹ posset ascē
dere. ⁊ qñ ipso luto ⁊ fece coinq̄natū ⁊ terrenū ⁊
grossum effectum. ad dei ⁊ celestium puritatem
posset appropiquare. Igitur corde diligas pau
pertatem. pro matre assume illam. placeat tibi de
cor eius. delecter⁹ in ea nūq̄ ꝑ re aliqua iōam le

dere velis. Nihil habeas ⁊ nihil omno habere velis vltra neceſſitatez. Et ſi queris que erit illa neceſſitas. Rñdebo q̄ q̄to intimi⁹ pauptatē dilexeris. tāto ſubtilius de neceſſitate iudicabis. Illa nāq; neceſſaria ſunt ſine quibus eē nō poſſum⁹. Vide ergo ea ſine quibus eſſe comode potes. ⁊ illa nec habere nec petere nec curare nec a ſpontе dantibus recipe velis. Nec tñ dñm Jeſum perfecte in pauptate imitari poteris q̄ tum cunq; reſtrinxeris. nec video q̄ noſtra pauptas ſue poſſit equipari. q̄ tñ cunq; ſit a nobis totis conatib⁹ obſeruata. Et hoc tibi breuit oñdo vna ⁊ pulcra ratiōe omiſſis alijs que reddi pñt. ſ. quia deus ⁊ quia ditiſſimus ⁊ dñs oīm. ⁊ quia pfectiſſimus ⁊ huiⁿmōi. ſz eam rationē adduco. quia ipſe non ſolum penuriam pauptatis. ſz etiaz eius opprobrium aſſumpſit. Nam noſtra pauptas quia voluntarie aſſumpta eſt. ⁊ pro amore dei ⁊ tuoſa reputaf ⁊ eſt. ⁊ iō nō opprobrioſa ſz honorifica reputaf ēt apō malos. iꝑius ⁊o nō ſic. Nōci ognoſcebaf ⁊ neſciebaf q̄ voluntarie pauꝑ eēt. ſz neceſſaria pauptas pit opprobriū ⁊ otēptum. Cū ergo eēt abſq; domo ⁊ poſſeſſionib⁹ ⁊ oñi huiⁿmōi ſubꝫ. ſciētibus vniuerſis magis hēbatur cō temptui hmōi cū paupes ab oñibus oculcaf ⁊ ſi ſapiētes ſunt nō creditf eis. ſi nobiles nihilominus deridenf ⁊ otēpnāt⁹. imo qō pl⁹ eſt ⁊ no

bſſitas ⁊ ſapiẽtia ⁊ ꝓbitas ⁊ oĩs virtus in repu
tatõe hoĩm videtur in eis extincta. deſciũtur eĩ
quaſi ab oĩbus vt nec amicicie antique nec ſan
guinis vincula p:oſint eis vt plurimũ. cũ oẽs ta
les amicos vel cõſanguineos habere recuſẽt. Vi
des bene quõ nec eius pauptati equipari nec cũ
imitari potes in tam p:ofunde pauptatis ⁊ hũi
litatis abiectione. Propterea nõ ſunt contẽnẽdi
paupes mũdi qui ipm dñm repũtãt. Igitur deſi
derabilis eſt multũ hec ẋtus pauptatis. ⁊ mari
me a nobis qui eam ꝓmiſimus. Ipam itaq; p:o
pterea oĩi reuerẽtia ⁊ duotiõe obſeruare curato
Si ẋo etiã vis Ferñ. audire. attẽde quid de ipa
loquitur ſer iij. d aductu. Imitemur quoad poſ
ſum⁹ eum qui dilexit ſic pauptatẽ vt q̃uis in ma
nu eius eẽnt fines terre. tñ non habuit vbi caput
ſuũ reclinaret. ita vt diſcipulos adhereẽtes ei legi
mus fame cõpulſos ſpicas manibus cõfricaſſe
cum p ſata tranſirẽt. Idem. iij. ſermo. in natiuita
te dñi inquit. Cur ipe ſaluato: cui⁹ eſt aurum pa
riter ⁊ argentũ ſacrã in ſuo co:pe ꝺdicat pauptas
tem. Aut certe cur pauptas ipa tã ſolicite enarra
tur ab angelo. Hoc inquit vobis ſignũ. inuenietꝭ
infantẽz pãnis inuolutum. In ſignum poſiti ſunt
pãni tui dñi Jeſu. ꝫ in ſignum cui a multis vſq;
hodie ꝺtradicit. Exemplũ ꝺdit nobis vt ⁊ nos
ita faciam⁹. Utilio: ſiq̃dẽ in ꝓflictu lo:ica ferrea

q̄ stola linea. licz oneri sit illa hec honori. Idē in ser. iij. ō resurrectōe. Vere magna abusio t nimis magna. vt diues velit esse vermiculus vilis p̄o pter quē dn̄s maiestat] dn̄s sabaoth voluit ee pau per. Idē in epla ad duce Cōrad. Nō em̄ pau per tas x̄t⁹ reputat. sz pauptat] amor. Amicicia pau perū regū amicos ꝓstituit amor pauptat] reges. Regnū celoy deniqz ;paupey est. Beat⁹ q̄ post illa ñ abijt q̄ possessa onerāt. amata inq̄nāt. amis sa cruciāt. Hucusqz Ber. Habes igr̄ aplos exē plo t auctoritatib⁹ bti ber p̄dict⁹. t in alijs posi tis supra ō natiuitate dn̄i. t ō fine ipi⁹ in motc. q̄liter pauptatē tāq̄ x̄tutē exceleti simā debes af fectare. ¶ Sz ō abstinētia t ptra gulositatē q̄d di cem⁹ q̄ sicr in h̄ exēplo relucet. Et q̄dē ō ist] x̄tu tib⁹ tractare p̄ter p̄ncipale ppositū ē. marie ppt̄ mltiplicitatē auctoritatū. sz qz vtilitatē tuā cōsi dero q̄ in talib⁹ nec erpta es nec apta doceri nec in quib⁹ legas hēas libros. iō studiose tibi scri bo ō ipis vt saltē p hūc modū inotescat tibi x̄tu tū natura in quib⁹ cay magistry cui⁹ vitā p̄ncipa liter inq̄rim⁹ valeas imitari. ¶ Contra gulā igit scire debes mltū ee insistendū t bellū ptinuū esse sz oino vitādā. Multū q̄dē seti pfes t q̄ spūalis exercitij fuerūt. in h̄ studuerūt. Contra quā audi q̄d dicat Bern̄. in. s. ad clericos. ca. rij. Vñ hec tāta pusillanimitas t abiectio tā miserabilis. vt

egregia natura capax eterne beatitudinis ⁊ glie magni dei. vtpote cuius sit inspiratiõe cõdita. similitudine insignita. cruore redempta. fide dotata. spũ adoptata. miseraz nõ erubescat. sub putredine hac corporeoruz sensuũ gerere seruitutẽ? Merito plane nec eos quidem apprehẽdere potest. que talez deserẽs spõsum. tales sequit amatores. Insanus siquidẽ labor pascere sterilẽ. que nõ parit. ⁊ vidue benefacere nolle. omittere curaz cordi. ⁊ curã carnis agere in desiderio. impĩguare cadauer putridũ. qõ paulo post vermi. mesca futurũ nullatenus dubitas. Vbiqz Ber. Habes igit quõ vitãda est gulositas. sz ꝺescendere possum⁹ corpi ad necessitatez suã ⁊ sanitatẽ. Vñ idẽ: Bernñ. in sinonibus breuib⁹. c. xxxiij. sic dic. Sunt autem omnia bona corporis. ⁊ que ei solũ modo debeamus sanitas. Nihil autẽ vltra ei dãdum est. nihil querendum. sed hoc termino obligãdum ⁊ firmandum est. cum fructus eius nullus sit. ⁊ mors sit finis illius. Qui st voluptati seruitur non sanitati. hõ de natura nõ est. sz sub natura q̃ morti manus dat. cũ in gr̃am ꝓstituit voluptatẽ. Jn ctiã est ꝙ mlti ad tã bestiales impetus descenderũt. vel vt dicã verius. ceciderũt vt voluptatẽ preferant sanitati. vel illis epulis sepissime voluptentur quas sciunt difficiles ⁊ acutissimas subsequi passiones. Sicut aũt corporis necessi-

tas est sanitas/ita cordis necessitas est puritas. quo turbato oculo nō videbit deus. & cor humanū ad hoc factū est vt suū videat creatorē. Si vero sanitati corporis sollicita est prouidenda custodia. puritati cordis tāto est solicitior impēdēda/qto pars ista dignior illa p̄uincit. Item lxvj. Lañ. Suspitiōem generat mihi obstuatio ista cibor. Verū tñ si de regula medicor hoc pfers nobis. nō reprehendimus curā carnis quā nemo vnq̄ odio habuit. Hucusq; Beñ. Hoc tñ faciēdū nō est supsticiose vel nimis curiose vel vltra q̄ expediat. Unde qñ nō habemus actu impedimētum corpale ppter qđ appetamus vel fugiamus cibor obstuantiaz. illam tenere ac phisice viuere nō debemus. Uñ idem Beñ. xxx. sm one Lañ. Uides ne snīa magistri mei carnis sapīam p̄dēnari p quā vtiq; aut in luxum voluptas dissoluitur. aut ipa quoq; valitudo corpis vltra quam oportet appetit. Et post. Quid ẽ̄o pdest tēperare a voluptatibus & inuestigādis diuersitatib? pplexionū ciborūq; varietatib? exquirēdis quotidianā expēdere curam. Legumina inquit vētosa sunt. caseus stomachū grauat. Lac capiti nocet. potum aque nō sustinet pectus. caules nutriunt melancoliam. Coleram aūt porri accēdunt. Pisces de stagno aut de lutosa aqua mee penit? cōplexioni nō congruūt. Quale est hoc vt in tot

fluuijs/agris/ortis/cellarijs ve.reperire vir pos
sit quid comedas. puto te queso monachum esse
nō medicū.nec ō complexione iudicandū. sed de
ꝓfessione. Parce obsecro primū quieti tue.par/
ce dei de labori mīstrātiū/ parce grauamini dom?
parce cōsciētie.cōscientie dico nō tue sz alteri?/il
lius videlicz qui ꝓpe te sedens ꝛ edens quod si/
bi apponitur.de tuo singulari ieiunio murmurat
scandaluz quippe ei est aut tua odiosa supsticio
aut duricia quā forte putat illius qui tibi ꝓbet
ꝓuidere. Frustra quidē sibi blandiuntur de exem
plo pauli ꝓortātis discipulū nō bibere aquā.sed
modico vti vino ꝓpter stomachum ꝛ frequentes
suas infirmitates qui attēdere debēt ꝑmū quidē
opostolū minime sibīpsi rem istiusmodi suadere
sed neqz discipulū eque erpetere sibi.Deinde non
monacho hoc intimari sz epīscopo cuius vita te
nere ꝛ adhuc nascēti ecclie ꝓnecessaria esset. Thi
motheus hic erat.Da mihi alteruz thimotheū ꝛ
ciba etiaz si vis auro ꝛ pota balsamo.Leterū tu
tibimetipsi dispensas misertus tui.Suspecta est
mihi fateor tue ipsius vite dispensatio. ꝛ vereor
tibi illud sub tegmine ꝛ nomine discretiōis a car
nis prudentia. Id te saltē volo esse admonituz.
vt si tibi ista auctoritas apli placet debibēdo vi/
no.modico qō ille adiunxit nō ꝓtermittas. Duc/
usqz Bernardus. Habes igitur ex ꝓdicti auctos

rſtatibus ſanitati corporis poſſe intēdi. ſed a ſu
pſticioſa obſeruatiōe ciborū cauendū. ¶ Sed q̄d
de abſtinētia. Audi nō me ſed Ber̄n. eunde qui
ſic dicit ſermo. tertio de aſcēſione. Nō em̄ ſpūs t
caro ignis t tepiditas in vno domicilio cōmorā
tur. preſertim cū tepiditas ipſi dño ſoleat vomi
tum puocare. Si em̄ apli carni adhuc dominice
adherētes que ſola ſancta. quia ſanctus ſancto
rū erat ſpiritui ſancto repleri nequerūt. donec tol
leret ab eis. tu carni tue que ſordida eſt t diuer
ſarū ſpurciciarū fantaſijs repleta. aſtrictius t cō
glutinatus illū meraciſſimū ſpūm nō te poſſe pu
tas ſuſcipe niſi iſtis carnalib⁹ cōſolatiōibus fun
ditus renūciare temptaueris. Reuera cū incepe
ris. triſticia implebit cor tuum. Sz ſi pſeueraueri
triſticia conuertet in gaudium. Tunc em̄ purga
bitur affectus volūtas renouabitur vt noua crea
bitur. vt omnia que prius difficilia. imo impoſſi
bilia videbantur. cū mira ꝓcurrātur dulcedine t
auiditate. Itē. lxvj. Can. Nō redarguimus pau
lum q̄ caſtigat corpus ſuū t in ſeruitutē redigit
abſtinendo a vino: quia in vino luxuria eſt. aut ſi
modico infirmus vtat. iurta cōſiliū apli. abſtine
bo a carnibus ne dum nimis nutrīā carnē. ſimul
t carnis nutriā vicia. Panē ipm cuz mēſura ſu
debo ſumere. ne onerato ventre ſtare adorandum
tedeat. t ne ip̄roperet etiā mihi ꝓphēta q̄ panē

meum comederim in saturitate. Sed nec simpli-
ci quidē aqua ingurgitare me assuescam, ne disten-
sio sanc ventris vsq; ad titillationē ptingat libi-
dinis. Idē in epla ad Robertū monachū. Vinū
t simila mulsum t pinguia corpori militant. nō
spiritui. frituris non anima saginat; sz caro. Pi-
per, zinziber, cimin ū, saluia, t mille hmōi species
salsamentorum. palatum quidez delectant sed li-
bidinem accendūt. prudenter sobrieq; cōuersan
ti satis est ad omne cōdimentum. sal cum pane t
fame qua sola nō expectata necesse est alias atz
alias de nescio quibus succis extraneis conflci.
permixtiones que videlicet palatum reparēt. gu-
lam prouocent t excitent appetitum. Idem in
epistola ad fratres de monte dei. Vbi ceperit spi-
ritus reformari ad imaginem cōditoris sui mor
etiam reflorescens caro ex voluntate sua incipit
ad reformationem spiritus reformari. Nam eti-
am ad sensum suum incipit eam delectare quic-
quid delectat spiritum. Insuper t pro multiplici
defectu suo ex pena peccati multipliciter sitiens
ad deū. nōnūq; etiā cōtendit p̄cedere rectorē suū.
Delectationes enim nō perdimus sed mutamus
a corpore ad animaz. a sensibus ad conscientiam.
Panis furfureus t simplex aqua. oleū vel ligu-
mina simplicia nequaq; res delectabiles sunt.

sed in amore ⁊ eterne ꝺlectatiõis ꝺesiderio ventri bene morigerato. gratãter ex ꝟis satisfacere posse notũ est. Valde ꝺelectabile est ꝙ milia pauperꝫ ex ꝟis vl ex aliquo ꝟoꝛꝫ ꝺelectabiliter satisfaciũt nature. Facilimũ quippe ⁊ ꝺelectabile essꝫ aduncto ꝺei amoꝛ ꝙ ꝺimẽto ꝓm naturã viuere si isanta nos viuere ꝓmitteret. q̃ sanata statim arrideret naturalibꝫ natura. Eodẽ ⁊ ꝺe laboꝛe rusticꝫ ꝺuros ꝟabet ꝟũeros. fortes lacertos exercitatio ꝟec facit si in ea cũ tp̃e inolescit. volũtas facit vsuꝫ. vꝫ exercitiũ. exercitium in oĩi laboꝛe vires submini strat. Ducuscꝫ ber. Ex ꝟis anc̃tatibꝫ ꝙstat apte abstinẽtiam plurimũ cõmẽꝺabilem oĩno esse faciendaꝫ. Eam nanꝙ tã antiqui patres ꝙ ꝺ. franciscus ac ꝺucissa tua beata. Clara vt in eoꝛũ vita patet artissime seruauerunt. Videtur tamẽ ꝓm eundẽ Bernardũ in tribus cassꝫbus abstinent a tempanda. Primus cũ fieret cõtra volũtatẽ pꝛelati. ꝟoc eĩ nullo mõ fieri ꝺebet. Secundus quãdo fieret cũ notabili scanꝺulo sociοꝛuꝫ. Magis eĩ ꝙfert ad exercitium spũale ex charitate vti vita cõmuni ꝙ ex scanꝺulo fratris supꝛa vitã communẽ specialeꝫ abstinẽtiam exꝟibere. Tertius casus est quando fieret vltra coꝛpis possibilitatem Nam inꝺiscreta abstinentia non virtutis sꝫ vicij esse perꝟibetur. Unde ꝺe ꝟis sic ꝺicit Ber. rit. Cañ. ser. Non vultis esse contenti cõmuni vita.

nō ſufficit vobis regulare ieiuniū/ nō ſolēnes vi/
gilie.nō impoſita diſciplina/ non menſura quam
vobis ptimur in veſtimētis vel alimētis ꝓtuata
ꝑfertis cōmunibus.Qui veſtri curam ſemel nob
credidiſtis. quid rurſum de vobis vos intromit
titis. Naz illam qua totiens dominum conſcien
tijs veſtris teſtibus offendiſtis ꝓpꝛiaz ſcz volū
tatem veſtram ecce nunc iterum magiſtrum habe
tis.non me. Illa vos nature docet non parcere.
rōni non acquieſcere.nō obtempare ſanctoꝛū cō/
ſilio vel exemplo non obedire nobis.An neſcitis
quia angelus ſathane multotiens tranſfigurat
ſe in angeluzlucis.Sapientia eſt deus.ꝛ vult ſe
amari.nō ſolū dulciter ſz ſapienter Unde apꝰus.
Rationabile inquit ſit obſequiū veſtrū. Alioqn
facilime zelo tuo ſpūs illudet erroris ſi ſciam ne
gligas. nec habet callidus hoſtis machinamen
tum efficacius ad tollendā de coꝛde dilectionem
qnā ſi efficere poſſit vt incautet nō cū ratiōe am
buleť. Idē ſer.xxxiij. Can. Videas ꝓcḣpudoꝛ il
los importune ſupflua q̄ritare qui ꝓius neceſſa
ria obſtinatiſſime recuſabāt.q̄ q̄ ſi qui in ſua foꝛ
te inuicti obſtinatiōe ꝓdurāt indiſcretiꝰ abſtinen
tes ꝛ ſingularitate notabili cōturbātes eos cum
quibꝰ habitare debēt vnius moꝛs in domo haud
ſcio ſane an ſe eſtimēt ꝓtetate retinere.cum huiuſ
modi mihi videntur ꝛ longius abieciſſe. Nam

qui sapientes in oculis suis decreuerunt apud se nec consilio acquiescere nec precepto videant quid rñdeant. nō mihi sed dicēti, qñ quasi peccatum ariolandi est repugnare. ⁊ quasi scelus ydolatrie nolle acquiescere. Premiserat aūt qr melior est obediētia q̄ victima. ⁊ auscultare magis q̄ offerre adipē arietū. id est. abstinentiā ptumaciū. Idem. Iriij. Can. fino. Quid illud qō nos quoq; totiēs in domo ista ⁊ tā grauiter inquietat notabilem loquor quorundā qui inter nos sunt superstitiosam q; abstinētiam. ex qua se oīnibus sibiq; oēs molestos reddūt. quō nō hec ipsa discordia tam gñalis ⁊ sue illius p̄sciētie dissipatio est ⁊ qō in ipso est grādis vince huius quā plantauit dextera dñi. nostre. s. oīm vnanimitatis demolitio. Ve homini p quem scandalum venit. Qui scandalizauerit inquit vnum de his pusillis. durum est qō sequitur. q̄to durior a meretur qui tantam ⁊ tam sanctā multitudinem scandalizat. Durissimū prorsus iudicium portabit quicunq; est ille. Idem fino. iij. in circuncisione. Illis qui ad deuotiōis gratiā pueniunt. vnum dicitur restare periculum. ⁊ oīnino timendū eis a demonio meridiano. Ipse enī sathanas transfigurat se in angelum lucis. Hoc est ergo timendum ei qui tanta delectatione oīnia facit ne dum sequitur affectionez. corpus destruat p immoderatā exercita-

tionē.ac deinde neceſſe ẏēat nō ſine magno ſpūa-
lis exercitij detrimēto circa debilitati curā corpo
ris occupari. Ergo ne incurrat qui currit.illumi
nari neceſſe eſt lumine diſcretiōis.que vtiqz ma-
ter eſt v̄tutū ⁊ ꝓſummatio ꝓfectiōis. Nec nimi-
rum docet ne quid nimis vl minus ſiat.atqz hec
eſt octaua dies in qua circūcidit puer: qz diſcre-
tio vera circūcidit vt nec plus nec minus fiat nā
⁊ qui minus eſt:fructū boni opis abſcidit. non
circūcidit.ſicut qui tepidus eſt minus facit. In
hac igit die nomē imponit ⁊ nomē ſalutis.nec ꝺ
eo qui ſic ꝓuerſat dubitez dicere ꝙ ſuā ipſius ſa-
lutē oꝓetur. Uſqz ad hūc em diē dicere pñt ange
li qui nouerūt ſecreta celeſtia.ſz ego nūc primum
ei fiducialiter nomē ſalutꝭ impono. At v̄o qz om
nino rara iſta auis eſt in terris. huiꝰ diſcretiōis
locū fratres ſupplcat v̄tus obedictie. vt nec plꝰ
